

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 10: De elemosina (13)

Idem (Gregorius):

Sunt nonnulli qui mox ubi ab egenis fratribus fuerint postulata, post dona largituri, in eos prius contumeliosa verba iaculantur. Qui etsi rebus ministerium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt.

Bonum ergo debet exhiberi per pietatem, et bonum verbum tribui per humilitatem.

Nam sunt nonnulli qui mox ut ab egenis fratribus fuerint necessaria postulati, post dona largituri, in eis prius contumeliosa uerba iaculantur.

Qui etsi rebus ministerium pietatis perficiunt, uerbis tamen gratiam humiliatis perdunt;

ita ut plerumque uideatur quia illatae iam iniuriae satisfactionem soluunt, cum post contumelias dona largiuntur.

Nec magnis est operis quod postulata tribuunt,

quia ipso dationis suae munere uix eundem excessum sermonis tegunt.

Quibus bene per Ecclesiasticum librum dicitur:

Omni dato non des tristitiam uerbi mali.

Et rursum: *Ecce uerbum super datum bonum et utraque cum homine iustificato;*

uidelicet, ut datum exhiberi debeat per pietatem,

et bonum uerbum tribui per humilitatem.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 21.19 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1086, ll.13-25).